

Andreas Mylius    Johann Friedrich Keuner

## **Collegii Institutionum Imperialium Theoretico Practici, Exercitatio I. De Iurisprudentia In Genere**


Lipsiae: Banckmannus, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1010821040>

Druck    Freier  Zugang









V. K. — 2 (136.)

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24



1. Paestner, de jure connati.
2. Paestner, de legis obligatione in foro conscientiae.
3. Paestner, de crimine expilatae hereditatis.
4. Paestner, de reservationibus mentalibus.
5. Paestner, de apostolis.
6. Paestner, de testibus iuratis.
7. Paestner, de Werigeldo.
8. Werther, de privilegio competentiae.
9. Nylus, de jurisprudentia in genere.
10. Maellingius, de damno diminutionis fragmentariae et vinariae imputando, vulgo *Hann Oibzay* ou *Forst und Acker*.
11. Nuyes, de jure mulierum singulare.
12. Nuyes, de pactis tacitis.
13. Loozervic, de Censorum officium.
14. Loozervic, hunc politiae delineatum.
15. Griesen, de litterarum obligationibus.
16. Griesen, de venditione fiduciaria.
17. Griesen, de vi ac potestate in Corpore proprio.
18. Hoffmann, de usufructu statutario in primis morico.
19. Heil, de iudice non judicante.
20. Beyer, de indicis.
21. Greber, de secretis iudicis in Westphalia.
22. Gries, de fatis et rationibus legum mosaicarum generis.
23. Gritsch, de monopothis.
24. Gritsch, de mendicantibus validis.



25. Tritsch. De exculibus, non Ulr. n. f. f. f.
26. Tritsch. de jure idiomatis.
27. Tritsch. de jure accidentalium.
28. Tritsch. de privilegiis remp. turbantibus.
29. Franckenstein. De ΠΡΟΣΩΠΟΝΥΜΙΑ in jure civita indulta.
30. Tritsch. de sparsione missilium.
31. Kemmerich, de quaestione, an jurisjurandi delatio contra matrimonium habet locum.
32. Kemmerich, de institutis germanorum ad conservationem Familiae spectantibus.
33. Kemmerich, de tutela pactitiam in jure rom. quam germani. fundata quippe in sua ipsius usu.
34. Burgmann, nova Litteraria.
35. Willenberg, de praestatu incredibilitatis.
36. Kammel, de ea quod directa non licet, licet tamen per indirectum.
37. Kammel, de commercio in. S. R. imperio tempore belli interdicto.
38. Strecker, de vitae ac mortis jure circa se ipsum.
39. Strecker, de legitima constitutione Syndicorum.
40. Strecker, de inductione iudicis ad confitendum inculpatum delictum.
41. Strecker, de marito secundum datalem alienante.
42. Strecker, de mortuis.
43. Rivin, de verborum significatione atque usus. distinctionis rerum germanorum fidei. alibi et malitiam.



21-  
g. r

COLLEGII  
INSTITUTIONUM IMPERIALIUM  
THEORETICO PRACTICI,  
EXERCITATIO I.  
DE  
JURISPRUDENTIA  
IN GENERE,

*quam*  
permissu Superiorum,

PRÆSIDE

DN. ANDREA MYLIO, J. U. D.

Inst. Imp. P. P. & Facultatis Juridicæ

Assessore,

placido Eruditorum Examini,

*ad D. 30. Aprilis Anno 1691.*

proponit

JOANNES FRIDERICUS *Reumer* /  
Wiesenthalio Misnicus.

---

LIPSIAE,  
Litteris CHRISTIANI BANCKMANNI.



COLLEGIUM  
 INSTITUTIONUM IMPERIALIUM  
 AUSTRIACO-PHILIPPINENSIS  
 EXERCITATIONES  
 DE  
 JURISPRUDENTIA  
 IN GENERE  
 PRÆSENTATA  
 A  
 DR. ANDREA MYLOJUD.  
 Jussu Imp. P. R. & Facultatis Juridicae  
 Auctoritate  
 Placido Fruchthorneri Examinatoris  
 ad D. 30. Aprilis Anno 1801.  
 JOHANNES FRIDERICUS SCHNEIDER  
 Wittenb. M. D. C. C. I.  
 LITH. CHRISTIANI BARNHARTZ





COLLEGII  
INSTITUTIONUM IMPERIALIUM  
THEORETICO-PRACTICI  
EXERCITATIO I.

De

JURISPRUDENTIA IN GENERE.

I. N. J.

I.



Voniam in omni tractatione potior quidem re-  
rum, prior tamen verborum habenda est ratio arg.  
1. 7. §. *fin. π. de supell. leg.* igitur Jurispruden-  
tiæ operam daturum prius nosse oportet, unde  
nomen illius descendat. Est autem procul dubio  
à jure & prudentia appellatum. DN. PETRUS  
Müller in *Jurisprud. element. disp. 2. th. 4.* RENNEMANN. in *Ju-  
rispr. Rom. Germ. disp. 1. th. 12.*

Etymolo-  
gia.

II.

Nec unam verbum illud recipit significationem. Sumi-  
tur enim vel **metonymicè** pro ipsis legibus §. 3. 1. *de leg. agn.* **Homony-  
mia.**  
*Success.* ibi *media autem jurisprudentia.* vel **proprie.** Atque i-  
ta iterum modò **systematice** pro artificiosa præceptorum ju-  
ris collectione l. 1. *pr. π. de I. & I.* modò **habitualiter** pro ha-  
bitu animi **justum** ab injusto, æquum ab iniquo, licitum ab illicito  
discernendi accipitur l. 1. §. 1. *π. d. t.* REBHahn in *hodeg. jur.*  
*chart. 2. clim. 1. aph. 9.* KLEINSCHMIDT *pracogn. jurispr. tr. 1. n. 3.*  
A 2 DN.



DN. SCHWENDEND. *ad Eckolt d. t. §. 2.* vid. MALCOMES. *ad Wesenb. d. t. lit. R.*

III.

Synonymia.

Alias in systematicâ acceptione jus *l. 1. π. d. t. ARUM. Exerc. 1. tb. 6. CONNAN. Lib. 1. comm. cap. 3. n. 4. lit. C. HOENON. disp. 1. controu. 6. HAHN. ad Wesenb. de I. & I. n. 14. verb. jus inquit. TABOR disput. Wesenb. 1. qv. §. corpus juris l. un. pr. C. de Ru. A. legitimum opus §. fin. proæm. I. in habituali verò civilis sapientia l. 1. §. 5. π. de extraord. cogn. scientia juris §. 3. proæm. I. §. 1. f. de I. & I. l. 10. §. 2. π. eod. l. 2. §. 35. π. de O. f. vera & non simulata Philosophia appellatur l. 1. §. 1. π. de I. & I. ibique CORAS. VULTEJ. in *Jpr. Rom. Lib. 1. cap. 1. KLEINSCHMIDT. d. l.**

IV.

Descriptio  
realis Ju-  
risprud.  
systemat.

Unde pro variâ significatione diversimodè describi potest. Et quidem systematicè, quod sit **ars æqui & boni**. *l. 1. pr. π. d. t.* Ars dicitur non propriè, ut est habitus cum rectâ ratione effectivus, secundum ARIST. *Lib. 6. Nicom. c. 4.* sed latè acceptione vocabulo pro tali habitu, qui multis constat præceptis, certâ quadam methodo comprehensus. HAHN. *ad Wesenb. de I. & I. n. 14.* STRAUCH. *dissert. ad univers. jus 1. aph. 1.* VULTEJ. *ad §. 1. f. d. t.* **Æquum & bonum** diversimodè interpretantur Dd. vid. *alleg. ab HARPRECHT ad §. 1. I. b. n. 3.* Nos æquum pro æquitate naturalis, quæ honestati innititur *l. 12. §. 2. l. 42. π. d. R. N. bonum* verò pro eo quod prodest, vel utile est Reipubl. *l. 1. π. de usucap. l. 2. π. de const. Princip. l. 1. §. 4. π. depositi cum ACCURSIO in l. 1. π. de I. & I. & Wesenb. in π. d. t. n. 14. vers. sed & æquum* DN. RHETIUS *in disp. de prudentiâ juris n. 6. 7.* accipimus. Unde corrui sententia VULTEJI, vocem boni in hac definitione abundare & æquum ac bonum eadem esse contendentes ad §. 1. *I. de I. & I.* vid. DUAREN. *add. Tit. c. 2. VACUN. à VACUN. l. 1. declarat. 28. Coras. miscell. L. 2. c. 18. BACHOV. in π. add. l. 1. ff. de I. & I.*

V.

Habitualis  
vel est  
Legalis

Habitualiter verò sumpta Jurisprudencia modo **legaliter**, modo **doctrinaliter** describitur. **Legaliter** quod sit divina-



divinarum & humanarum rerum notitia, iusti & iniusti scientia l. 10. §. fin. π. de I. & I. §. 1. f. eod. Dicitur notitia & scientia simul. Hæc enim eadem significant. VINN. ad §. 1. f. d. t. FRANZ. *ibid.* n. 10. & quidem, non sensu illo Philosophico, quo scientia est rerum æternarum, & quæ se aliter habere non possunt, de quibus affectiones per propria principia solius cognitionis causa demonstrantur; sed iuridico & analogico respectu iustitiæ, quatenus virtutes morales ad normam rectæ rationis diriguntur. REBHAHN. in *bodeg. jur. chart.* 2. *clim* 1. *aph.* 9. siquidem juris prudentia in nuda cognitione principiorum non acquiescit, sed illa bene cognita ad casus singulares applicat, & quid iustum quid iniustum sit, ostendit. FRANZ. d. l. n. 9. 10. & in *Comment.* π. d. t. n. 75. vid. HAHN. ad *Wesenb.* d. l. & l. n. 14. v. 6. *jus* inquit Bene enim monet DN. SCHWENDEND. in *not.* ad Eckolt d. t. §. 1. verb. *finis non est tō scire &c. non omnes actus Jurisprudentia esse actuales & formaliter practicos; esse tamentales virtualiter, cum ult. timò ad aliquam operationem referantur.* Reliquorum verborum explicationem inferiora indicabunt.

# VI.

Doctrinalis vero definitio ita habet: Jurisprudentia est prudentia jus ad actiones in civili societate obvenientes iusta interpretatione applicandi. DN. STRUV. ad π. *Exerc.* 1. *th.* 7. DN. MÜLLER. d. *tr. disp.* 2. *th.* 5. Genus est prudentia, quia jurisprudentia est habitus practicus actionem producens BACHOV. ad §. 2. I. de I. & I. Non quidem *legislatoria* (nomothetica, architectonica,) quæ Rempubl. ordinat, & leges præscribit; nec *delibemtiva*, quæ an quid hoc vel illo tempore utile sit Reipubl. prospicit; sed *judiciaria*, non ea quidem, quæ in *jure reddendo* consistit, & magistratuum propria est; sed quæ in *jure dextrè interpretando* est occupata, & ad JCtos refertur SUTHOLT. *dissert.* 1. *aph.* 3. STRAUCH. *dissert.* 1. *aph.* 3. Dissentit VALENT. RIEMERUS *dec.* 1. *qv.* 1. cui satisfecit HAHN. ad *Wesenb.* d. l. adjiciens tamen, negari non posse, jus de omnibus prudentiis participare, quatenus Legislator, Magistratus & JCtus idem habeant genus, subjectum, eandem materiam, leges videlicet, actiones civiles

vel Doctrinalis.



viles, & finem eundem STRUV. *d. l. tb. 12.* FRANZ. *Exercit. 1. qv. 2.*  
ibique FIBIG.

VII.

Jurispru-  
dentiae  
fundamen-  
tum.

Sed cum *jus constare non possit, nisi sint Jurisperiti, per quos  
cottidiè in melius producat* *l. 2. §. 13. π. de. O. J.* siquidem  
*neque leges, neque senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes ca-*  
*sus, qui quandoque inciderint, comprehendantur* *l. 10. π. d. LL.*  
idque vel ob qualitatē Legislatoris, qui utpote homo in omnes  
casus quandoque eventuros leges ponere non potest *l. 10. l. 12. π.*  
*d. LL.* vel ob conditionem legum, quæ non debent esse nimis  
multæ, sed generaliter scribendæ *l. 3. seqq. π. cod.* quæ ideo sapien-  
tissime sunt obscuræ & imperfectæ. BACCHOV in *π. d. nat. jurispr.*  
*n. 7. & seqq. & ad §. 1. J. de J. & J.* HAHN ad Wesenb. *d. LL. n. 3.*  
*verb. ἐπὶ τὸ πλεῖστον.* Quare necessarium fuit, ut ius generale  
ad casus singulares applicetur, & ita defectus legum suppleatur.  
*l. 11. 12. 13. π. de LL.* Hinc data est facultas interpretandi pri-  
mum Decemviris *l. 2. §. 4. π. de O. J.* deinde Prudentibus (i. e.  
Jurisperitis *l. 2. §. 13. π. cod.* jurisprudentibus *l. 13. §. 2. π. de*  
*excus. l. 2. §. fin. π. quis ord. in posses.* juris auctoribus *d. l. 2.*  
*§. 13. π. d. O. J.*) non quibuscunque, sed illis duntaxat, qui erant  
de collegio Pontificum *d. l. 2. §. 6. π. d. 1.* quorum interpretatio  
non quidem per se sola, sed juncta disputationi fori, testante  
Pomponio, jus faciebat, quod civile appellabatur. Verum enim  
verò nulla erat tum temporis eorum auctoritas, nisi quatenus per  
usum & tritum fori essent recepta, quo respectu juri non scri-  
pto annumerabantur *d. l. 2. §. 5. π. de O. J.* Ast mutato statu po-  
pulari Imperatores uti Jura condebant, ita eadem quoque inter-  
pretabantur, data tamen Jctis potestate respondendi de jure, eo-  
rum responsis maxima auctoritate tributa, usque adeo, ut judi-  
cibus ab illis recedere non esset licitum *§. 8. J. de J. N. G. & C.*  
ibique VULTEJ. Offerebantur itaque in judiciis ejusmodi respon-  
sa, quomodo & Ulpiani in *l. 43. π. de A. E.* ibidem lectum propo-  
nunt. Duravit vero ista auctoritas usque ad tempora Gordiani,  
postea omnis disceptatio juris controversi relata est ad Princi-  
pem, & Jcti nudam quandam & umbratilem solum retinuerunt  
docendi operam.

IIX.



IIX.

In Juris prudentibus verò requiritur, ut accuratâ ju-  
 ris cognitione, & practicâ ejusdem exercitatione <sup>Officium</sup> <sup>Jctorum.</sup>  
 sint instructi. Quomodo enim in artibus ceteris cognitio  
 animum duntaxat perficit ejus, qui eam habet, nec si ipsa ad usum  
 aliquem conferatur ulli alii utilis est; ita vel maximè juris præ-  
 ceptorum cognitio nulli prodest alii, quam qui eam habet, nisi ex-  
 tra seipsam egrediatur, & quod cognovit in commune conferat  
 VULTEJ. de jud. L. 1. cap. 1. n. 6. Igitur in cognitione nuda  
 quiescendum non est; multo minus inutiles planè otiosorum  
 quæstiones scrutandæ v. g. an resurgens à mortuis testamentum  
 prius rumpat. Clarus in §. testamentum qu. 86. Sebast. MEDICES.  
 in tr. mors omnia solvit p. 1. n. 145. item: Cujus ovum fiat, quod  
 à variis gallinis est positum BOER. ad consuet. Bituricens. Talia  
 enim in vita communi nullum fructum vel usum habent. Po-  
 tius iis, quæ aliquando Reipubl. prodesse possunt, incumbere de-  
 bemus. Egregium est illud Justiniani in l. un. C. de dedit libert.  
 toll. Nos inquit, qui veritatem colimus, ea tantummodo volu-  
 mus in legibus nostris obtinere, quæ reipsa obtinent, quæ apertius  
 quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent §.  
 pen. f. de satisdat.

IX.

Erat autem cognitioni juris adquirendæ integrum adhiben-  
 dum quinquennium Const. omnem §. 1. & seqq. de rat. & meth. <sup>An tem-</sup>  
 jur. doc. Ex quo nemo, antequam per statuta tempora legum e- <sup>pus studi</sup>  
 ruditioni noscatur inhæsisse Advocatorum consortio sociari po- <sup>juridici sit</sup>  
 tuit l. 3. §. 1. l. 5. §. 4. f. C. de Advoc. 2. ANT. CONT. L. 1. lect. <sup>quinquen-</sup>  
 subcesivar cap. 12. ANG. MATTHEAC. de via & rat. jur. L. 1. c. 5. <sup>nium.</sup>  
 n. 4. FORSTER. diss. 1. Inst. th. 16. Idem in Affessoribus Came-  
 ræ receptum fuisse legimus Ord. Cam. p. 1. Tit. 3. §. Desglei-  
 chen ibi. So sollen die Beysitzer / so der Rechten gelehrt zc. in  
 Universitäten / welche zum wenigsten von unsern Vorfahren  
 Röm. Kaysern und Kénigen / die iewiger Kaysert. Maj. oder uns  
 confirmiret / gelesen / oder zum wenigsten Fünff Jahr lang in  
 Rechten studiret / auch in gerichtlichen Händeln advociret und  
 practi-



practiciret haben. Sed quia pro ingenii vel felicitate vel tarditate alius brevior, alius vero longior tempore scientiam legitimam acquirit; ideo in novissimo Receptu Imperii de Ao. 1654. §. 5. sintemahlen aber. in Assessorum Cameralium constitutione, electione, praesentatione quinquennium non precise requiritur: ibi: daß nicht so starck auff das Studium juridicum quinquennale auff teutschen Universitäten/ sondern auff die Qualitäten/ Geschicklichkeit und Experientz gesehen werden solle TEXTOR. d. R. J. disp. 2. tb. 36. LAUTERBACH de variet. temp. art. 7. §. 3. RHET. in Inst. J. Publ. L. 4. T. 1. de Process. §. 13. Quare & extra Germaniam idem obtinet. Unde in Novellis Lipsiensibus M. April. 1679. hebdom. 17. à Gallis ita scriptum memini. Paris von 18. dito: der König ist entschlossen/ das Studium Juridicum allhier wieder einzuführen und sollen die jenigen/ so sich zum advociren wollen gebrauchen lassen allhier oder anderswo drey Jahr lang studieret/ und die drey öffentlichen disputationes mit Ruhm ausgestanden haben. Non est itaque faciendum cum VULTEJO qui in Prolegom. Jurispr. Rom. p. m. 51. ita loquitur: Sane quinquennii etiamnum usus aliquis in eo nimirum, ut ad gradum, quem vocant, Doctoratus aut Licentie in jure non admittatur, nisi qui quinquennium illud suum integrum compleverit: at in ceteris nullus. Contrarium enim observatum fuisse, experientia testatur.

X.

Removen-  
di sunt ab  
hoc ordine  
Imperiti.

Ex quo constat, Jurisconsultorum ordinis accenseri non posse homines imperitos & illiteratos, qui miseros rusticellos vi adamantinam ad se trahunt & svadent, ut litem moveant dominis KNICHEN. de Invest. p. 1. c. 3. n. 60. & seqq. & venales se exponunt, & venientibus occurrunt, dicentes: Domine, bene veniatis, quid habetis facere incuria, si vobis necessarium est meum servitium precipiat SPECKHAN. Cent. 2. class. 4. qv. 44. n. 4. De his author discursus von Justitiens-Werck ita scripsit: Solche Gesellen wissen das Recht zu drehen/ wie man es haben will / wissen böse Sachen zu verblümen und gut zu machen / mögen kein gewis Recht leiden/ ziehen alles fürseßlich in Zweifel / disputiren allezeit / seyn in schliessen ungewis. Es kan ihrer einer mehr verwirren/



wirren / als ihrer zehen schliessen mögen. Rühmen sich / daß keine Verschreibung so starck / dadurch sie nicht ein Loch machen könnten. Welcher unbesonnenen Reden wegen sie billig in daß engste Loch / so verhanden / damit sie kein anders machen könnten gesteckt würden. Ad fugiendum itaque id genus hominum in bene constitutis judiciis nemo ad patrocinium præstandum admittitur, priusquam eruditionis suæ testimonium publicum, vel specimen profectuum in studio juris exhibuerit Resolut. Grav. de Ao. 1661. Tit. von Justitiensachen §. 34. Itaque non semper sola disputatio publica ad habilitandam Advocati personam sufficere potest. Licet enim exhibens eandem præsumptionem eruditionis & peritiæ juris pro se habere videatur; Attamen quia non pauci vix ultra biennium vel triennium in Academiis hodie commorantur, sed tempore pro maximâ sui parte in res nugatorias consumpto, & elementis saltem Justinianeis degustatis, antequam arcana Jurisprudentiæ attigerunt, assumpto ut plurimum Notariatu, discedunt, ideo fieri solet, ut secundum DN. FRANZ. in præf. π. *sepius etiam Respondentes nihil minus quam officium faciant, Præsidique omne onus exantlandum imponant, & non nisi coccyfmos crepent.* Quare judicis esse puto inquirere, an de eruditione & diligentia disputatoris aliunde simul constet nec ne. Tum enim pro circumstantiarum ratione eundem vel admittere vel recusare potest.

Requiritur  
testimoni-  
um erudi-  
tionis.

# XI.

Verfatur autem Jurisprudentia circa actiones humanas, Objectum. quatenus scilicet mediante jure & legibus ad justitiam conformandæ sunt. ANGEL. MATTHEAC. *de via & rat. jur. L. 1. c. 2. n. 12.* LUDW. *Exerc. 1. th. 6. lit. a.* STRUV. *S. J. C. exerc. 1. th. 41.* quæ circa res divinas & humanas sunt occupatæ. Atque illæ spectantur non quidem quia cognoscendæ; sed prout jus & justitia de iis est administranda. Quod haud obscure insinuant hæc verba: **Justi & injusti scientia.** BACHOV. ad §. 1. *J. d. J. & J.* Ac licet CICERO hunc in modum fere Philosophiam describat; non tamen est inconveniens, dari idem objectum disciplinarum diversarum, sed sub modo considerandi diverso. WESEN. LUDW. *all. l.*

B

Sed



Sed & divinæ res non ratione veri & falsi, uti dēnata respiciunt, sed qvatenus sub præceptionem politicam cadunt, intelliguntur. BICCIUS *in præloqu. rer. quotid. aph. 27.* TABOR. *de Reg. Imp. & Ecclesiast. th. 24.* ZIEGLER. *de jur. majest. L. 1. c. 13. aph. 12. seqq.*

XII.

Forma.

**Formam** Jurisprudentiæ in applicatione juris ad facta consistere per se satis est manifestum. Nam Jurisprudentia est una ex disciplinis practicis, quarum natura in eo consistit, ut inserviant applicationibus. Hinc jus in causa est positum *l. 52. §. 2. π. ad l. Aquil. & ex re constitui debet l. 1. §. 3. π. ad L. Corn. de Sicariis* h. e. ex circumstantiis, nimirum causâ, personâ, loco, tempore, quantitate, qualitate & eventu negotii gesti (quod à Jctis causa sive res dicitur) illud apparet *l. 16. §. 1. π. de penis*. Quod communis ratio ita dicitur. Nam nisi prius totius facti speciem perspectam habeat Jctus, utrum jure an injuria id factum sit, ipse scire non potest. Necesse igitur est, ut factum precedat, & jus sequatur. Quare sæpissime respondent Jcti, *hoc facti non juris habere questionem*, innuentes prius de facto quam de jure constare debere *l. 122. π. de V. S. l. 16. π. de statu hom. l. 13. π. qui pot. in pign. l. 3. π. de aur. arg. leg. l. 41. l. 94. π. de V. O. vid. VULTEJ. de Jud. l. 1. c. 3.*

Interpretatio  
authentica

**Applicatio** ista uno nomine **Interpretatio** vocatur. Quæ tamen hic non est **authentica**, utpote soli Majestati propria, cui tunc potissimum datur locus, si sententia legis plane ambigua est & obscura, ita ut ab intellectu Legislatoris inferretur, ac legibus ipsis sensum inferat. FRANZ. *in π. de LL. n. 7. seqq.* HAHN. *ad Wesenb. d. t. verb. jurisdictione magistratus.* ZIEGL. *de jur. maj. L. 1. c. 6. n. 11.* nec **usualis**, cum si-

Usualis.

militer ex voluntate legislatoris, licet tacita veniat *l. 32. π. de LL.* sed potius **doctrinalis**, quæ à Jcto suscipitur. Idque tam ratione privati quam publici juris verum est. Certè si de voluntate legislatoris certi simus, & ex contextu constitutionis dubium tolli valeat, in hoc etiam jure Jcto facultatem interpretandi competere ambigendum non est. Nec contrarium svadet Instrumentum Pacis Osnabr. *art. 5. §. 50.* ubi nihil aliud prohibetur, quam ne quis docendo, disputando, consulendo constitutionem impe-

rii



rii faciat dubiam, vel assertiones contrarias adversus mentem  
constituentis inde deducat. Id enim naturæ interpretationis  
doctrinalis non convenire, est in aperto; siquidem *in fru-*  
*dem legis facit, qui salvis verbis ejus circumvenit sententiam.*  
l. 29. π. de LL. cap. 78. de R. J. in 6. DN. RHET. Inst. J. P. L. 1.  
T. 1. §. 80. Dissent. MEV. p. 1. dec. 76.

### XIII.

Hæc doctrinalis in declarativam, extensivam doctrinalis  
& restrictivam disparti solet. Est autem Declarativa & quidem  
nihil aliud quam nuda verborum legis ambigüe declarati-  
aut obscurè positorum explicatio: Hic observatur va.  
regula: *Verba propriè sunt accipienda l. 69. d. leg. 3.* cum ideò  
sint inventa, quo per illa voluntas dicentis demonstratur l. 7.  
§. 2. π. de supell. legat. Nisi subjecta materia aliud fradeat,  
e. g. Filium propriè eum definimus, qui ex viro & uxore ejus  
nascitur l. 6. π. de his qui sui l. alien. jur. impropriè verò eum,  
quem habemus adoptatum l. pen. & ult. C. de adopt. Sic caput  
naturaliter principalem hominis partem l. 44. pr. π. de relig.  
aut civiliter statum & conditionem ejus denotat t. t. J. & π. de  
cap. demin. quomodo servum caput habere negatur §. 4. J.  
cod. Sed & mors in sensu civili & improprio amissionem liber-  
tatis, civitatis & familiæ designat §. 1. quibus mod. jus P. P. toll.  
l. 64. §. 18. π. pro socio l. 4. §. 2. π. de bon. libert.

### XIV.

Extensiva est rationis in lege existentis ad si- extensiva.  
miles casus in eâ non expressos facta productio.  
Nam non possunt omnes articuli sigillatim aut legibus aut se-  
natus Consultis comprehendi, sed cum in aliquâ causâ sententia  
eorum est manifesta ad similia procedendum l. 12. π. de LL. Quo-  
ties enim, ut ait Pedius lege aliquid, unum vel alterum intro-  
ductum est, bona occasio est, cetera, quæ tendunt ad eandem uti-  
litatem, vel interpretatione, vel certè jurisdictione suppleri l. 13.  
π. cod. Nimirum ratio legis habet se instar generis, casus au-  
tem sub istâ ratione comprehensi instar specierum vid. DN.



in rubr. proam. de R. 7. in 6. n. 4. FRANZ. ad Tit. π. de LL. n. 46. BARBOS. in thes. loc. comm. L. 16. c. 5. a. 13. HILLIG. in Donell. enulc. L. 1. c. 14. lit. A. Quemadmodum verò genus de singulis subjectis speciebus æqualiter prædicatur; ita idem de ratione legis in ordine ad casus subjectos est dicendum. Hinc ubi eadem est ratio, ibi idem jus statui debet. l. 32. π. ad L. Aquil. Sic in LL. 12. Tabb. ita est dispositum: *Quibus testamento tutor datus non est, agnati tutores legitimi sunt.* Quod hanc habet rationem: *Ubi successionis est emolumentum, ibi & tutela onus esse debet §. un. in fin. 7. de leg. patr. tut.* Hæc non solum in agnatis, de quibus L. 12. tabb. nominatim loquitur, sed etiam in aliis personis ibi non expressis veluti patronis d. t. & parentibus §. un. 7. de leg. patr. tut. nec non jure novo cognatis. Nov. 118. c. 1. locum habet. E. in omnibus idem jus servari debet. Magis perspicuè modus iste interpretandi apparebit, si eundem per syllogismum indicemus, ita scilicet, ut ratio generalis propositionem majorem; casus sub ea comprehensi minorem constituent; conclusio vero sic spontè constabit v. g.

Quicumque sperat alicujus hereditatem is ejusdem tutelam legitimam suscipere tenetur.

Atqui non solum agnati, sed & patroni, parentes, & cognati sperant N. N. hereditatem.

E. Non solum agnati, sed & patroni, parentes, cognati N. N. tutelam legitimam suscipere tenentur.

Aliud adhuc subijciam exemplum: Nimirum in l. 8. C. de revoc. donat est constitutum: *Si unquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos totum quicquid largitus fuerat, revertatur in ejusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum.* Ratio hujus constitutionis est. *Quia præsumitur patrem donatorem noluisse extraneos liberis præferre.* Hæc vero non tantum in patre, qui simul est patronus de quo textus agit, sed & in alio quovis obtinet, ut propterea de his idem quoque sentire debeamus FINCKELTHAUS. Obs. 36. Ulterius si de-



si defendendi mei causa, vicini ædificium orto incendio dissipa-  
 verim, actio in factum ex Edicto de incendio ruina &c. locum  
 non habet l. 3. §. 7. *π. de incend. ruin. nauf.* Quod sine dubio  
 hac nititur ratione, quia nullus videtur dolo facere, qui suo ju-  
 re utitur l. 55. de R. J. Quare si in meo aqua erumpat, quæ ex  
 tuo fundo venas habet, si eas incideris, & ob id defierit aqua ad  
 me pervenire tu non videris vi fecisse l. 21. *π. de aqua & aqua  
 pluvi. arc.* Puteum etiam in domo mea aperire possum, licet  
 eo aperto venæ putei præciantur l. 24. §. fin. l. 26. *π. de damn.  
 infect.* Nec minus ædes altius tollere, viciniqve lumina obscu-  
 rare mihi integrum est l. 9. *π. de S. P. U. l. 8. l. 9. C. de serv.*  
 Sic etiam parietem liberè quis & aperit & destruit Hotom.  
 2. *amicab. resp.* 4. Bach. Vol. 1. disp. 17. th. 3. lit. a. FRANZ. ad  
*π. de S. U. P. n.* 26. CARPZ. p. 2. c. 41. d. 12. Et molendinum  
 in solo suo ædificare licet, etiam si vicino concursus molentium,  
 vel lucrum, quod inde habitum fuit, auferatur. SCHNEID. ad §.  
 1. *J. de interd. n.* 56. Hoc amplius in ædibus suis cauponam  
 vel stabulum exercere jure communi cuius liberum est MEVIUS  
 ad *jus Lubec. p.* 3. T. 12. art. 12. n. 12. Denique generaliter ve-  
 rum est, cuius licere emere & conducere ædes, ut in iis ea, quæ  
 sunt suæ artis & professionis exerceat TABOR *de jure cerev. c.*  
 4. §. 1.

Ex quo ad  
 varios casus  
 inferri po-  
 test.

## XV.

Interpretatio restrictiva est rationis in lege e-  
 xistentis ad casum ibi propositum restrictio. *restrictiva.* Sæ-  
 pe enim propter aliquam circumstantiam deficit jus commune,  
 ac regula proposita perdit suum officium, quo casu ultra id quod  
 in lege est constitutum, progrediendum non est. Unde sunt  
 Regula: *Quod contra rationem juris est receptum, non est pro-  
 ducendum ad consequentias* l. 14. *π. de LL. l. 142. de R. J.* Item  
*Quæ propter necessitatem sunt recepta non debent in argumen-  
 tum trahi* l. 162. *π. eod. v. g.* Mater & avia possunt tutel. in libe-  
 rorum suscipere *auth. matri & avia C. qn. Imp. inter pupil. vel vid.*  
 & quidem ob affectionem singularem, quam erga liberos habere  
 præsumuntur. Non ergo idem de aliis foeminis ad quas ratio i-  
 sta,



ita, utpote dictis saltem personis propria, se non extendit, dicendum. Sic tempore famis & pro redimendis captivis res ecclesiasticas alienare licet *l. 21. C. de SS. Eccles.* Ast deficiente ea necessitate, non possunt alienari. Unde porro ratione legis cessante, cessat etiam legis dispositio. Quod tamen tum demum verum est, si cessat ratio legis in universali, non vero si tantum in particulari. Nam minor 25. annis, licet res suas bene gerat, non tamen a cura liberatur *l. 1. §. 3. π. de minor.* Nec valet testamentum impuberis, etiamsi iudicio aetatem praevertat *pr. l. quibus non est perm. fac test.* Et foemina alias admodum prudens, nihilominus ob factam intercessionem gaudet beneficio S<sup>C</sup>i VELLEJ. *l. 2. §. 1. π. ad S<sup>C</sup>t. Vellej.* vid. TIRAQV. *tr. cessante causa* FRANZ. *in π. de LL. n. 75.* STRAUCH. *dissert. 1. th. 15.* Quinimo, etiamsi ratio legis in casibus quoque non expressis aperte conspiciatur, idem tamen est sentiendum. Unde restitutiones minorum, S<sup>C</sup>tum Velleianum non dantur rusticis & senibus ob eandem rationem, licet forte quidam rustici imperitiores & magis lubrici sint consilii, quam minores & foeminae. HILLIG. *d. l. lit. f.*

XVI.

**Finis** Jurisprudentiae vel est **internus** vel **externus**.  
**internus.** Ille applicationem juris ad facta continet *vid. th. n. & seqq.* Junge DN. SCHILT. *prax. art. analyt. p. 3. c. 1. n. 34. & seqq.*  
**Externus.** Externus vel ultimus s. propter quem, ut salus publica vel intermedius, s. qvo, ut Justitia. TABOR *in part. element. l. 1. sect. 1.* ECKOLDT. *Comment. π. de I. & I. §. 3. i. big.* DN. SCHVENDENDORFF. STRUV. *Exerc. 1. th. 15.*

XVII.

**Justitiae definitio.** Est vero Justitia constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi *pr. f. h. t. l. 10. π. cod.* Vel: est habitus quo homines idonei sunt ad agendum ea quae justa sunt, eademque etiam agunt & volunt. ARIST. *5. Ethic. c. 1.* Dicitur voluntas non proprie, & ut est potentia animae rationalis, sed metonymicè, uti habitum volendi significat. FRANZ. *d. l.*



d. r. Et quidem **constans & perpetua**, non quoad actum, sed intentionem, secundum conditionem humanam, quatenus hic est possibile, civiliter scilicet, & in sensu morali EHEM. *de princip. juris* L. 5. c. 5. Nam licet vir justus quandoque à vero aberret, ac septies cadere dicatur. *Proverb. 24. v. 16.* non tamen ideo tollitur propositum agendi justè. Sanè etiam constantiam perpetuæ voluntatis tunc habere dicitur, cum injustè facit *arg. l. pen. π. de I. & I. l. 65. §. 2. π. ad Sff. Trebell.* PETRUS de GREVE *dissert. 1. ad Inst. aph. 1.* Et frequenter accidit, ut aliud in executione existit, quam quod erat in intentione *arg. l. 12. §. 2. π. de neg. gest.* **Differentia objecto & forma** constat. **Objectum est jus suum** i. e. quod cuique debetur. HAHN. ad WESENB. *d. r. n. 10. verb. jus suum.* Quod ita accipiendum, ut justitia etiam sibi jus tribuat, cum per metaphoram ad partes suppositorum referatur. HORNEL. *Philos. moral. L. 3. c. 11. Conf. Nov. 69.* Unde Justinianus definitioni justitiæ mox primum juris præceptum, quod est, ut honestè vivamus, subjicit, innuens, primam justitiæ curam esse, ut hominem ipsum erga se justum reddat, ne vel corpus suum lædat *l. 9. π. ad L. Aquil.* vel bonis abutatur §. *fin. Inst. de his qui sui l. alien. juris sunt*, vel alias conscientiae laqueum injiciat *l. 15. π. de cond. instit.* Propriè autem justitia hominem dirigit vel ad Deum, ut eum religiosè colat. *l. 2. π. de I. & I.* vel ad proximum. Undè pro diversâ habitudine & respectu, qui in Republica reperitur debetur aliquid, vel ipsi Reipubl. à civibus, vel à Republ. civibus, vel inter cives ipsos FRANZ. *d. r. n. 12. & in comment. π. eod. n. 16. seqq.* Hinc variæ sunt enatæ justitiæ species, sicuti frequentia indicabunt. **Formam in juris sui attributione consistere** constat. Sic differt justitia ab aliis virtutibus. *Est enim foras projecta*, ut ait CICERO, & in actionibus cum aliis spectatur, cum ceteræ virtutes ipsius respectu, quo illis præditus est, ita dicantur, eumque perficiant. Cum foras spectat, & est fida speculatrix utilitatis alienæ, justitia nominatur, inquit APULEJUS *lib. de Philos.*



Divisio in  
Univer-  
alem & per-  
ticularem,

Dividitur in **Universalem & Particularem**.  
Hanc divisionem non esse generis in species, sed totius in. par-  
tes, notavit RENNEMAN. in *Jprud. Rom. Germ. disp. 1. th. 31.*  
*lit. b.* & novissimè RACHEL. *Lib. 1. Inst. Jprud. Tit. 4. apb. 3.*  
*in not.*

Justitia U-  
versalis,

**Justitia universalis** (legalis secundum ARIST. *Lib. 1. Ethic. c. 1.* vid. LOEAM. *qv. Inst. 4. § in not. ad Tit. 1. Inst. b. t.*)  
**est virtus, qva omnibus legibus ad publicam so-**  
**cietatis conservationem obedientia præstatur, si-**  
**ve est virtus, qva cives Reipubl. suum tribuunt.**  
Nimirum in eo solo occupata est hæc justitia, ut singulos di-  
rigat ad totum s. Rempubl., sc. ut patriæ nos parere debeamus  
*l. 2. π. de I. & I.* sponcione quadam ad obedientiam Reipubl.  
facta *l. 1. π. de LL.* Hæc in se omnes virtutes complectitur, i-  
mo ipsa virtus dicitur ab ARIST. *Lib. 5. Ethic. 4.* CIC. *L. 1. offic.*  
puta quoad essentiam & subjectum; alias enim differunt.  
FRANZ. *ad π. d. t. n. 10.* qvâ virtus homini absolutè spectato;  
justitia vero ut plurimum eidem in societate civili existenti  
competit RACHEL. *d. l. tit. 5. apb. 1. in not.* Et hanc justitiam fi-  
nem jurisprudentiæ esse à multis asseritur, cum non modo pro  
objecto habeat actus justitiæ universalis, & de variis virtutum  
speciebus, v. g. fortitudine *t. t. π. de remilitari* liberalitate *t. t.*  
*π. de donat.* temperantia *l. 1. pr. π. de curat. furios.* disponat;  
sed etiam, ut honeste vivamus, præcipiat *S. pen. I. de I. & I.*  
SUTHOLT. *dissert. 1. apb. 23.* LUDW. *Exerc. 1. th. 4. lit. f.* ECKOLT.  
*ad π. de I. & I. §. 14.* ibique DN. SCHWENDEND. *in not.* Nec  
movet verbum: **cuique** in definitione justitiæ positum, particu-  
lari justitiæ convenire; Quia hoc verum est, si illud specialiter,  
ut proximo tantum competat, accipiatur; non vero si genera-  
liter sumatur, ut non modo ad proximum, sed & ad Deum &  
seipsum referri possit BRUNNEMAN *ad Wesenb. de I. & I. q. 7.*  
Forte non incommode dici potest: Jurisprudentiæ in thesi  
consideratæ finem esse justitiam universalem; in hypothesi  
vero particularem cum STRAUCH. *dissert. 1. ad R. 7. probl. 1.*



## XX.

Justitia particularis est virtus, quæ de bonis <sup>Particularis.</sup> externis suum cuique tribuit. Vel, quæ non tam Reipubl. quam potius ipsis civibus suum tribuitur. <sup>Quæ vel est distributiva vel commutativa.</sup> Cum verò hi considerentur vel ut universi, & tanquam membra totius, nempe Reipubl. vel ut singuli, in relatione ad seipsum in vicem, inde hujus justitiæ in distributivam & commutativam nata est divisio.

## XXI.

Est vero Justitia distributiva virtus, quæ de rebus communibus ipsius civitatis membris quæ talibus suum secundum proportionem Geometricam tribuit <sup>Distributiva.</sup> ARIST. lib. 5. *Ethic.* 7. Vel est virtus quæ Respublica civibus suum tribuit. Describitur ab **Objecto & forma.** **Objectum** sunt res civium communes, nimirum, præmia & honores. Nonnunquam etiam privata negotia huc referuntur, quatenus in iis contrahentes æqualia non simpliciter, sed sub certâ ratione & respectu accipiunt v. g. in hereditatis divisione. Sic *Clemens Patronus testamento caverat, ut si sibi filius natus fuisset, heres esset; si duo filii, ex æquis partibus heredes essent; si due filiae, similiter; si filius & filia, filio duas partes, filia tertiam dederat.* Duobus filiis & filia natis, quærebatur, quemadmodum in proposita specie partes faceremus, cum filii debeant pares esse, vel etiam singuli duplo plus quam soror accipere. Quinque igitur partes fieri oportet, ut ex his binas masculi unam femina accipiat l. 81. π. de hered. instit. Et in l. 13. π. de lib. & posth. hered. instit. est dispositum: Si ita scriptum sit (si filius mihi natus fuerit, ex hisse heres esto; ex reliqua parte uxor mea heres esto, si vero filia mihi nata fuerit ex triente heres esto; ex reliqua parte uxor heres esto) Et filius & filia nati essent: Dicendum est, assensum distribuendum esse in septem partes, ut ex his filius quatuor, uxor duas, filia unam partem habeat. Eadem in L. Rhodia de jactu l. 4. §. fin. π. ad L. Rhod. de jactu, concursu creditorum l. 6. in fin. π. de bon. auth. jud. possid. & societate obtinere, observavit DN. STRUV. d. l. th. 27. **Forma in attributione**



ne rerum communium civibus secundum proportionem geometricam facta consistit. Ubi numeri ita progrediuntur, ut quoties primus eorum in secundo, toties tertius in quarto &c. continetur v. g. 2. 4. 6. 12. Fit enim per multiplicationem & divisionem. Hinc prout alius alio in respectu, & in Republica vel major est vel minor, ita quoque sub illa conditione prœmia & onera ferre debet. FRANZ. *d. l. n. 24*. Est igitur eadem qualitate, sed quantitate diversa ista proportio ANG. MATTHEAC. *de via & rat. jur. lib. 1. c. 17. n. 2*. CORAS. *de jure civ. in art. redig. p. 1. cap. 23*.

XXII.

Commutativa.

Justitia commutativa est virtus, quæ de rebus singulorum suum cuique secundum proportionem Arithmeticam tribuit ARIST. *Lib. 5. Ethic. 5*. sive est virtus, quæ civis civi suum tribuit, Objectum sunt res singulorum STRUV. *d. l. th. 23. seqq.* Forma in attributione dictarum rerum singulis secundum proportionem Arithmeticam facta consistit. Ubi numeri ita progrediuntur ut æqualis inter omnes habeatur distantia e. g. 2. 4. 6. 8. Quantum enim primum secundus, tantum tertium quartus superat. Fit ergo per additionem & subtractionem. Ut, si quis fundum 20. aureis vendat, qui communi pretio 50. venditus fuisset, tum adeundus est Prætor, ut emptor vel justum pretium suppleat, vel contractu rescisso fundum restituat. Unde ad personam hic per se & propriè non respicitur, sed ad rem solum & patrimonium. Ergo, si in dignitate constitutus rem vendat, majus verâ æstimatione pretium exigere nequit FRANZ. *d. l.* ANG. MATTHEAC. *d. tr. L. 1. c. 17*.

XXIII.

An pœnæ ad commutativam, an vero distributivam, an justitiam pertineant?

Sed de pœnis controvertitur, an ad commutativam, an vero distributivam justitiam pertineant? Nos ad commutativam eas referri debere arbitramur, quia ubi aliquid non commune civium quæ talium, sed proprium singulorum distribuitur, ibi locum habet commutativa justitia. ARIST. *5. Ethic. 4. 5*. At qui in pœnarum irrogatione aliquid non commune civium quæ talium,



talium, sed proprium singulorum distribuitur. E. Minor probatur, quia delinquens non ideo punitur, quod sit membrum communis, sed quia jus læsit, i.e. quatenus est adulter, homicida, falsarius, incendiarius &c. Deinde id solum agitur, ut tanta infligatur poena, quantum fuit delictum, si quidem poenae delictis correspondere, neque majores aut leviores existere debent *l. 11. pr. l. 13. π. l. 22. C. de pœnis*. Nec in contrarium movet, quod humiliores gravioribus, nobiliores autem levioribus subijciuntur poenis *l. 6. π. ad L. Jul. pecul. l. 4. l. 12. π. de incend. ruin. naufr. l. 6. de extraord. crim. l. fin. π. de term. mot.* Quia gravior aut levior poena in diversis illis personis diversa quoque est, si nudè & in abstracto spectetur; secus si in concreto & ratione applicationis; Sic enim eandem omnes sustinent. Tanti enim pauper unum aureum, quantum dives 10. aut plures aestimabit. GROT. *d. I. B. & P. L. 2. c. 20. §. 2.* HAHN. *ad Wesenb. de I. & I. num. 11. verb. pœnis nocentibus* STRUV. *S. 7. C. Ex. 1. th. 32.* MAURIT. *de nobil. Germ. th. 41.* Certe hic nihil aliud quam simplex exaevatio inter delictum & poenam attenditur ZIEGL. *ad Grot. d. l. p. m. 461. seqq.* & in disp. *de pœnis §. 23.* ita tamen ut poena non cum delicto in genere, sed hujus vel illius personae turpi admissione conferatur, cum sæpe unum factum à pluribus commissum in una personâ gravius, in altera levius coerceatur.

XXIV.

Effectus Jurisprudentiæ actualem applicationem juris ad facta continet, dum JCrus, juris cognitione instructus ex evolutione circumstantiarum facti, quid sibi justum, quidve injustum videatur, statuit *l. 1. §. 1. π. de I. & I.* non modo genera actionum, præprimis, si ex uno facto plures sese actiones offerant *§. 5. I. quod cum eo, qui alien. potest. neg.* sed & exceptionum, replicationum & ulteriorum allegationum inveniendi. Certe ante omnia convenit instituere inquisitionem & constitutionem status causæ, i.e. ejus quaestionis, quæ ex confictione prima causarum, sive argumentorum utriusque partis ex circumstantiis causæ sive negotii desumptorum oritur. VIGEL. *de lit. contest. c. 1.* ubi varia exempla subijcit. Quo facto, de jure tanto facilius est cognoscendum VULTEJ. *de jud. L. 1. c. 3. per tot.*

XXV.



Contrari-  
um.

**Contrarium** Jurisprudentiæ potissimum in calumnia consistit, quæ comittitur, si quis *salvis verbis legis, sententiam ejus circumvenit* l. 29. π. de LL. quod fieri non debet. Nam non oportet jus civile calumniari, sed videndum, quæ mente quid dicatur l. pen. π. ad exhibendum. Si quidem scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem l. 17. π. de LL. Unde verbum: Ex legibus: sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbis l. 6. §. 1. π. de V. S. Sed & cum finis nonnunquam totam corrigat legem, & aliquo interdum proposito sensu illustret, igitur incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel respondere l. 24. π. de LL.

## COROLLARIA.

1. A communi Dd. opinione non est temerè recedendum.
2. Jus in artem redigi potest.
3. Juris Regulæ non sunt principia.

Ad Nobiliss. Dominum Respondentem:

**M**ulci Causidici dantur jurisq. periti,  
 Si numerum spectes prætereaq. nihil.  
 Non omnes norunt, Jurisprudentia quid sit,  
 Sed vesana ruit turba forumq. crepat.  
 Non ea mens, Keunere, tibi est; sed recta sagaxq.,  
 Quæ Themidis studium cum ratione colit.  
 Sic tua, quod voveo, Jurisprudentia crescat,  
 Sic studii fructus messe favente feras!

PRÆSES.

**I**n lucem claram prodis, Keunere, brabeia  
 Lucis & ingenio præmia digna feres.  
 Urge coepta, feret plausum tuus ausus & astum  
 Sollertem inducent æstus & artis opus.

Christianus Weidlingius, Ph. &amp; J.U.D.





44. Zwin. de emtionis uentionis et alienationis  
natura ac differentia.

45. Werlof. de examine ptium extraordinario com-  
primis ad instruendam palationem futuram vulgo  
zum nung zu Gadaistuis.

46. Stephan. de collationibus.


47. Unrath. de fide instrumentorum, non de Gültigkeit  
des Urkundens.

48. Walther. de uero genere contractus ex permutatione  
et emtione aequaliter uati. in foris germaniae non  
esse proorsus superuacuum.
















IX.

In Juris prudentibus verò requiritur, ut accuratâ juris cognitione, & practicâ ejusdem exercitatione sint instructi. Quemadmodum enim in artibus ceteris cognitum animus duntaxat perficit ejus, qui eam habet, nec si ipsa ad usum aliquem conferatur ulli alii utilis est; ita vel maxime juris præceptorum cognitio nulli prodest alii, quam qui eam habet, nisi eam seipsam egrediatur, & quod cognovit in commune conferat. VULTEJ. de jud. L. 1. cap. 1. n. 6. Igitur in cognitione nuda quiescendum non est; multo minus inutiles planè otiosorum quæstiones scrutandæ v. g. an resurgens à mortuis testamentum prius rumpat. Clarus in §. testamentum qu. 86. Sebast. MEDICUS in tr. mors omnia solvit p. 1. n. 145. item: Cujus ovum fiat, quod à variis gallinis est positum BOER. ad consuet. Bituricens. Talia enim invita communi nullum fructum vel usum habent. Potius iis, quæ aliquando Reipubl. prodesse possunt, incumbere debemus. Egregium est illud Justiniani in l. un. C. de dedit liber toll. Nos inquit, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in legibus nostris obtinere, quæ reipsa obtinent, quæ apertè quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent. Pen. J. de satisfact.

IX.

Erat autem cognitioni juris adquirendæ integrum adhibendum quinquennium Const. omnem §. 1. & seqq. de rat. & met. jur. doc. Ex quo nemo, antequam per statuta tempora legum ruditioni noscatur inhæsisse Advocatorum consortio sociari potuit l. 3. §. 1. l. 5. §. 4. §. 5. C. de Advoc. 2. ANT. CONT. L. 1. l. 1. subcesivar cap. 12. ANG. MATTHEAC. de via & rat. jur. L. 1. c. n. 4. FORSTER. disp. 1. Inst. 1h. 16. Idem in Assessores Cameræ receptum fuisse legimus Ord. Cam. p. 1. Tit. 3. §. Deßgl. chen ibi. So sollen die Beysitzer / so der Rechten gelehrt se. Universitäten / welche zum wenigsten von unsern Vorfahr. Röm. Käysern und Königen / die ickiger Käyserl. Maj. oder u confirmiret / gelesen / oder zum wenigsten Fünff Jahr lang Rechten studieret / auch in gerichtlichen Handeln advociret u pract.

